MONUMENTA GERMANIAE

MCCLXVIII Kl. Iunii apud Viterbium, in se-
quenti Septembri Manfredus mittit magnam
multitudinem Theutonicorum in Tusciam apud
Senas, contra quos ~~venerunt~~ iverunt Florentini et Lu-
cani et victi fuerunt atque extunc Manfre-
dus prevaluit in Tuscia et illuc semper mit-
tebat vicarium. Floruit autem in iure ca-
nonico Bartholomeus Brixiensis, qui ad glo-
ssam Iohannis[a] super decretum addidit fecitque
casus super eam decretorum. Floruit etiam
dominus Henricus episcopus Hostiensis, qui fecit
copiosam et apparatum super decretales.

XI. pars de mira conversione populorum ad Deum et de morte Ezelini. Rubrica.[b]

In[c] tanto Ytalie turbine accidit cunctis pene
populis magna velud mare contricio et com-
punccio a seculis inaudita, et primo quidem te-
tigit Perusinos, deinde Romanos[d], communiter[e]
Ytalie civitates et castra indeque transiit
ad ceteras naciones. Nobiles enim populari-
bus sociati[f], in quacumque etate existerent,
nudi per plateas civitatis et vicos processio-
naliter incedebant se dyre corrigiis flagel-
lantes sequendo crucis vexillum et pers lacri-
mis misericordiam[g] interpellando altissimi,
virgine quoque misericordie implorando auxili-
um piis cantilenis desolacionis sue atque mi-
serie magnitudinem exponentes. Mirum
dictu! talem penitendi modum non posti-

a) glo. Io. C

b) Die Überschrift glänzend rot.

c) Für das I kein Raum gelassen, es ist am Rande hinzugefügt; seine ~~Ränder~~ Umrisse von der glänzenden Farbe wie die Überschrift, das Innere mit dem matteren Rot ausgefüllt. Am Rande weiter links ein schwarzes J.

d) rōnos C

e) comūt' C

f) sciati C.

g) mīam C.